



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 36. Rodericus de Castro Cardinalis fatis functus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

§. XXXVI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1600.

Rodericus de Castro Cardinalis fatis ~~—————~~
functus.

Incertum est, quo mense Rodericus de *Filiucc. in*
Castro Cardinalis naturæ debitum Elog. Card.
solverit; Scriptorum enim nonnulli il- *Card. Annal.*
lum die decima octava Septembris, alii Greg. XIII.
vero vigesima prima, vel vigesima sexta Ciac. tom. 4.
Octobris decessisse referunt, id tamen Carp. Doz.
omnino compertum habetur, quod hoc Supple.
anno octogenarius in Hispania extre- p. 427.
mum vitæ diem clausurit. Erat is ex
illusterrimis Lernorum Comitibus, &
Satriæ Marchionibus Alvari Oforii, &
Beatricis de Castro Filius, qui a tene-
ris virtutum studiosissimus in Salman-
ticensi Academia literis tam egregiam
navabat operam, ut Generalis Inquisi-
tionis Senator nominaretur, quo in mu-
nere dubium reliquit, an in eo pietas, &
Religio, vel prudentia, & integritas
pœvaluerint: postea unacum Petro Sal-
manticensi Episcopo ad salutandum Phi-
lippum Regem in Belgium, atque inde
in Angliam se contulit, ac demum Ro-
manum cum agnato suo Ferdinando Ruiz
de Castro regio ad Papam Oratore pro-
fectus est, tam luculenta virtutum sua-
rum, & meritorum fama ubique sparsa,
ut merito Zamorensis, postea Conchen-
sis Episcopus, ac demum Hispalensis
Archि

Sæcul. XVI. Archipræful nominaretur: tandem pro-
A.C. 1600. curante Maria Imperatrice a Gregorio
 XIII. anno salutis millesimo quingente-
 simo octogesimo tertio die duodecima
 Decembris inter Presbyteros Cardi-
 nales titulo sanctorum duodecim Apo-
 stolorum cooptatus est, quæ tamen &
 gnitas Roderico stimulos addere vide-
 batur, ut majorem adhuc in pascendo
 grege suo vigilantiam, vitæ sanctimo-
 niam, liberalitatem in pauperes, & mu-
 nificentiam in domesticos exhiberet: ce-
 lebrabat etiam Hispali anno Christi mil-
 lesimo quingentesimo octogesimo sex-
 to Synodum, ac tertio post anno Mar-
 garitæ Philippi III. Uxori honoris gra-
 tia ab eodem Rege obviam missus illam
 regio sumptu, atque apparatu Barci-
 none Valentiam usque, ubi Rex illam
 præstolabatur, comitatus est, inde au-
 tem in Hispaniam reversus ibidem fatis
 cessit, sepultus in Hispalensi Ecclesia,
 postea vero ejus ossa ad Montfortensem
 urbem in Gallætiam translata in templo
 Collegii Societatis Jesu, quod suis
 sumptibus erectum annuis redditibus do-
 taverat, absque funebri pompa fuere
 condita. Hic idem Cardinalis morti
 proximus ducenta aureorum millia in
 pauperes, Vidiwas, & pupilos eroganda
 reliquit.

§. XXXVII.